

176.

L. Annaei Flori rerum Romanarum epitome.

Cod. membr. 68 foliorum in 8. maj. saec. 15. medio in Italia exaratus, litteris initialibus pictis et auratis. Goetze emit a. 1739. Collatus est in usum Seebodii a. 1820.

Elect. 535. Regia D 169. Goetze I p. 193. Falkenstein p. 262.

177. **z.****Valerius Maximus.**

Librum IX fol. 93' excipit haec nota ab ipso librario addita: Decimus atque ultimus hujus operis liber seu studiosorum inheritia seu scriptorum segnitie seu alio quovis casu aetati nostrae perditus est. Verum Julius Paris, abbreviator Valerii, post novem libros explicitos hunc decimum sub inscripto compendio complexus est, per quod de nominibus praenominibusque, cognominibus atque agnominibus fuisse eundem a Valerio compositum conjectari licet. Verba quidem Julii Paridis haec sunt. — Sequitur hanc notam fol. 94: Liber decimus de pronominibus et similibus, quo finito fol. 94' legitur: Explicit liber Valerii Maximi cum decimo abbreviato. Deo gracias. Amen. Fol. 95—96 exstat Index librorum et capitum Valerii Maximi. [v.]

Cod. membr. 96 foliorum in 4. saec. 13^v in Italia exaratus, litteris initialibus pictis et auratis. In folio, quod ab initio praecedit, manu saec. 15. notatum legitur: „Hic liber est mei Thomae de Fisogeris, qui pergo ad ludum Magistri Faustini de Bidizolis.“ Accessit ad Regiam bibliothecam e Buenaviana, cui praefectus Francke in fronte haec sua manu inscripsit: „Ex collatione aliquali hujus codicis cum editione Torrenii (Leidae 1726) a me instituta apparuit eum varias habere lectiones a dicta editione diversas easque non contempnendas.“

Buenau nr. 101. Regia D 134. Falkenstein p. 262.

178.

L. Apuleji metamorphoseon libri XI.

Cod. membr. 40 foliorum in 4. anno 1356 in Italia exaratus, duabus columnis et litteris initialibus rubris. In fine libri fol. 40 leguntur hi versus:

Qui me scripserat: Anno milleno et ter centeno
Bisque vigeno addito deno et numero seno
Ille me finierat, quando November erat.

Emtus est e bibl. Amedei, canonici Bonon., per Brunellum. Cf. L. Apuleii opera omnia rec. G. F. Hildebrand Pars I. Lips. 1842. 8. p. LXIII seq.

Elect. 516^c. Regia D 100. Falkenstein p. 262.

179. **sb.****Boethii de consolatione philosophiae libri V.**

Cod. membr. 40 foliorum (quorum ultimum vacuum) in 4. saec. 13. exaratus, litteris initialibus pictis. Ex insignibus in prima pagina appictis appareat eum olim Cardinalis cujusdam e domo Gonzagiana oriundi. Goetze librum emit a. 1747 Venetiis.

Elect. 538. Regia D 108. Goetze III p. 329. Falkenstein p. 262.

Gehörte früher dem Kloster San Domenico in Bologna u. wurde von dem Humanisten Johannes Baptista Pinis bewahrt (Mitt. v. Konrad Kraüller 1971).